



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 81. Archiepiscopi Moguntini responsum ad Legatum circa Synodum
Tridentinam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. cta in sectam migrandi libidine fessi di-
 A.C. 1566. vinæ ultioni promeritas pertinaciæ suæ
 pœnas daturi essent.

§. LXXXI.

*Archiepiscopi Moguntini responsum
 ad Legatum circa Synodum
 Tridentinam.*

Gratian. l. c. **M**oguntinus Archiepiscopus omnium
 nomine respondens summo Ponti-
 fici, ac Legato ob utriusque sollicitudi-
 nem erga Germaniæ salutem gratias
 egit, simulque Commendano ita re-
 spondit: „Nos omnes cunctas Synodi
 „decisiones fidem, ac mysteriorum do-
 „ctrinam concernentes absque ulla re-
 „strictione recepturos interposita etiam
 „juramenti Religione pollicemur; cum
 „autem quædam disciplinæ capita, a
 „quibus eximi peroptamus, ibidem re-
 „periantur, atque aliunde quædam sta-
 „bilitæ sint consuetudines, quas abole-
 „re prævalente morum licentia, ac dif-
 „cordia neque tutum, nec consultum
 „est, hinc aliam temporis vicissitudinem
 „magis opportunam esse expectandam
 „censemus, præcipue, cum Germaniæ
 „status, ususque tibimetipsi adeo probe
 „perspecti sint, ut nostras proposi-
 „tiones a te benigne excipi speremus,
 „insuper rogamus, ut nostras rationes,
 „apud

apud summum Pontificem tum quoque auctoritate fulcire coneris.

Sæcul. XVI.

A.C. 56.

§. LXXXI.

Pontificis mandata Legato tradita, ac Cæsari significanda.

Attamen Commendonus erat intentus exequi Pii V. mandata, quibus jubebatur Cæsarem monere, ne exemplum imitaretur Caroli V., qui dum se negotiis sacris immiscuit, confessionem Augustanam a Philippo Melanchtone conscriptam in comitiis proponi indulsit: præterea Commendonus tenebatur Cæsarem hortari, quatenus hic præprimis curet, ut Concilium nuper Tridenti celebratum ubique in Germania publicetur, ac recipiatur: si vero id in universæ Germaniæ Provinciis fieri non posset, saltem in civitatibus, quæ Majorum suorum Religionem retinent, promulgetur, præcipue Salisburgi, Constantiæ, Aichstadii, Augustæ, Frisingæ, Passavii, Brixiae, ac Tridenti: cum vero Episcopi, quo minus Diœcesanas Synodos celebrare possent, exinde impedirentur, quod Metropolitanis, a quibus initium fieri debuisset, nondum suas celebraverint Synodos, hinc Papa volebat agi cum Moguntino, ac ceteris Archiepiscopis, ut Concilium Tridentinum in Synodis suis recipiant,

Tom. I. 3. n. 3.

Hist. Ecclesiast. Tom. XLVII. L 1 qua-